

sure. Crimen erat cum duplici termino offensionis, Dei videlicet, & Regis: & ut pateret sub crudelitate clementia, & sub odio circumspicere iustitia; Dei non ostendi arte inferitur offensa in falsa causa: etenim licet generose posset propriam sine ultione premittere, Dei nequibat sine supplicio indulgere. Unde specie legis vindicta nata, & sine nota; quippe nemini, improbo licet, displicuit quod honorem Dei in blasphemio vindicaret. Huiusmodi pectora sunt uti albara sepulchra. Forinsecus nitent: si apertantur, fœtent. Nero uti scribit Suetonius *Tranq. cap. 47.* habebat præsentaneum venenum in aurea pyxide conditum. Haud aliter horum iudicum & Principum corda, foris aurea, intus venena.

17. Cedit apte aliud exemplum, à Cæl. Rhodigio prolatum. Apud Babyloniam in Apollinis templo auream mira venustatis arculam quandoque compertam legimus, ex qua confissa vis pestilentis, ac perniciosissimi aëris sese profuderit, ut fluctuatus non modò eos qui aderant venenosa ac lethali infestis tæbe conficeret, sed pestifera, incredibilique potestate grassatus longè lateque etiam in Partbos afflaret. Apud Seleuciam post dirutum templum, & perlatum Apollinis simulacrum Romam, fuisse à militibus inventum angustum foramen, quod prius Obaldæorum Vates occlusissent: eoque meditari aviditate referat, lethiferum, adeoque atrocem vaporem desiluisse, ut furens sit de bacchatum. Hæc ille lib. 8. cap. 12. Ecce pectora iudicum scitiorum legum, & iuris procuratorum. In sententia fulget auto legis facies iustitiæ decora, verum abduntur viscera venenata. Honorem Dei legibus videtur querere, & tunc Dei honorem fatagunt intra vela profanare. Cultus rutilat elegans; & deaurat falsitas. Hypocrita nitet facies, & viger pestilens indoles. Speciosa aparentia, turpis substantia, simulacrum rectitudinis, imago veritatis, velamen Astræ, titulus iustitiæ, vox legis, species integritatis, idolum incorruptionis: sed reverà iugulum innocentie, stuprum iustitiæ, sentina vitiorum, cloaca pestum, sententia suffragij subdolè decorata, & ita in pectore cuncta venenosa reptilia, ut plaudent & muneretur crimen, dum iustitiæ & virtutis zeli dumtaxat fulget specimen.

18. Aliud ingeniosum pro iustitia contraperta symbolum describit Sebastianus Orozzius, nimirum Scyllam, periculum marinum, difficile fretum: igitur iam inter iudices querere iustitiam, est querere scopulum, quo navis causæ alliditur, & innocentia

cum opibus naufragatur. Audiamus anonyum: an malignum? Rideamus, vel ploremus.

*In Institutis, vos comparo brutis.
In Novellis, comparo vos asellis.
In Digestis, nil potestis;
In Codice, scitis modicè;
Et tamen appellamini Doctores.
O tempora! ò mores!
In Decretalibus, similes animalibus:
In Decreto, fato ceto,
In Sexto, sicut Digesto,
In Clementinis, lupinis,
Et tamen appellamini Doctores.
O tempora! ò mores!*

Ergo consideranda causa, qua Scyllæ confertur & proprisimè iustitia. Scyllam, fingit Ovidius lib. 14. *Metam.* Fab. r. Horatius de *Art. Poet.* à v. 1. feminam pulcherrimam, & Charitibus speciosam, dolo Circes in monstrum fuisse conversam, & monstrum portentissimum quasi congruentibus membris ex diversis animalium; sed remanente pube tenus virginis imagine, ut magis incauti deciperentur specie. Cecinit Virgilius lib. 3. *Aeneid.* v. 426.

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pistrinxit,
Delphinum caudas utero commissa luporum.
Que non trahit huiusmodi prima facies:
Verum pellicet pulchritudinis species, igitur
quæ apparet iustitia pulchro pectore virgo,
est turpis abominatio. Videtur actio oculorum primo iactu ad amassim legum, quasi ad apices rationalium præscriptorum. Prima iudicis hominis facies iuxta momenta rationis, suffragium iuxta examen auditorum, decisio iuxta sententiam prudentum, ut in tribunali fœdate elegans ratio, & pulchro pectore virgo. At si pectus denudetur, intentio detegatur, rumpatur velum, & demonstretur cordis propositum, proh nefas! pro speciositate legum, rabies adest canudente commissa luporum, leonum, tigridum, inhumanitas ferarum, serpentium toxica, ac in corde aurato universa reptilia.

19. Pectus hominis sape dicitur templum Dei, in quo servatur iustitia. Ergo videamus templum, ut clareat quid pectus hominum. Ductus est in visione Dei Ezechiel in Ierusalem iuxta portam interiorem, quæ respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statuum idolum zeli ad provocandam emulationem. Idem, Deum, ut recederet à sanctuario. Cur ergo: *Idolum zeli fuisse concavum, cuius oculos plumbo idololatæ implebant,*

Jurifcon-
sulti im-
periti.

Scylla pe-
riculosa
marinæ.

Virgil.

Symbolè
stelliona-
tus im-
probi ius-
dicii.

Ezech.
8. 3.

Cautela
in vindic-
ta pro-
pria.

Pyxis
Neronis.

Arcula
Apollinis

Coel.
Rho.

Symbola
depravata
iustitiæ.

Orozz.

Quid & quale idolum zeli!
Rab.
Moysl.

Sub fide
zelo ar-
det ultio.

bant, quod quidem plumbum accenso intus igne liquefiebat, & imago videbatur flere: ait Rabb. Moses in lib. 1. *Morè.* Ecce specimen pectoris improbi iudicis, sese vindicantis titulo legis, & auctoritate potestatis. Neronis instar plorat, dum sententiam mortis fulminat, & intus letatur corde, blandiens fœvitæ. O pectus perfidum! Videtur à compassione fontem oriri lachrymarum, cum à vindicta manet; igitur ignis flammis ultionis ardescit.

20. Idolum zeli in porta templi statuitur, ut nil mali ingrediens in abdita suspicetur; quandoquidem exultat cautio, vel dum lateat malicia polita zelo, maxime in templo ubi zelus Domini & honoris maiestatis comedunt corda studiosorum legis. Facies prima in sanctuario, quippe zeli, eximia videbatur venustate, & dicitur Ezechiel: *Ingredere & vide.* Quid? *Abominationes pessimas:* siquidem pulchro velamento zeli, prolicuebatur pulchritudo iustitiæ: & provocat vel mitissimum in ultionem, commovens bilem, quod velamine virtutis colantur iniquitates.

21. *Ingredere & vide.* Ingredere & vide, si lachrymis, vel sine lachrymis videre possis. *Ingressus (inquit) viam, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio* (iam patet Scylla, qua querebatur Astræa, & pectore virgo pulchra.) & *universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Hoc est templum in quo inquiritur iustitia? Hoc est pectus, ubi iustitiæ regnat apparentia: etenim in tribunali, ac in sententia tenor queritur legum, & rupta veste apparet in corde similitudo reptilium. Prima hominis facies, postrema virus serpentis. Omnis similitudo reptilium & animalium, & idolorum depicta in parietibus templi cordis per circuitum: equidem propter idola Ambitionis, Veneris, Dignitatum, & aliorum vitiorum, reptilia universa adorantur pro iustitia: & eò magis viger iudicium abominatio, quò industrie vestitur zelo.

22. Dicit illicò Dominus: *Septuaginta viri de senioribus Israël, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua.* Hæc est visio: & hæc qua seniores (alii: *Iudices*) domus Israël faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui. Senes iudices erant, & quæ apparebant idola in templo, adorabant in abscondito: igitur propter lenocinium Principum, & blandimenta voluptatum, thura reptilibus adolebant, vel iustitiam iugulabant. O velum execrandum! O maximum criminum! Templum collo-

Non est
ze us, sed
fœtus.
Verl. 9.

Verl. 10

Iudicium
sub iure
sacro per
pœa in-
tentio.

Verl. 12

Est zeli
velamen
revera
crimen.

catur in corde, pectus est ara, securis ira, victima innocentia, quam maciat in obsequium odij pessima voluntas, & impunita omnino floret iudicis improbitas; quia gladius studiosè deauratur lege, & fœrum fingitur iure. Ideo idolum zeli in abominabile crimen, quippe non erat nisi zeli velamen. Unde Iudex, ut canit Persius *Satyr. 5. v. 116.*

Fronte politus
Astram vapido servat in pectore vulpem.

DIDASCALIA IV.

Deus ignoscit, dum homo crimen agnoscit.

1. **P**rofert Augustinus Serm. 36. de *Verb. Dom.* Ingeritur ita dissimulata voluptas intra cordis incauti faciles latebras, ut studium expulsiōnis, videatur rusticitatis. Malcet, & arte ingeniosè placet, quasi citra delictum non possit voluntatis ostendi tædium. Ducitur animus huiusmodi lenocinio, colubri latente veneno, quod utillat in desiderium voluptatis; & simul in mortem cordis, rependens vel breve pectoris officium, dum propinat fititum dulce venenum. Desinit luculenter Stoicus Cordubensis. *Voluptates* (ait *Epiph. 51.*) *latronum more, quos Philetas Ægyptij vocant, nos amplectuntur, ut strangulent.* Ignorat homo huiusmodi insidias, nec respicit, estò fugiat cogitata entitas, & appareant promissa tempora longa, velocissima momenta; quippe Sol intelligentiæ ab umbris obscuratur malitiæ, & prævalet adversus claritatem cognitionis, depravata suffragium voluntatis, quæ quidem parvipendit rationis suffocationem, modò latronem amplectetur voluptatem. Vexatio aliquid quando dare solet intellectum, sed videt animus turpiter vincum, ac demersum in barathrum, quò facile demergi, sed emergi difficile: siquidem, estò catenæ voluptatis sint voluntariæ sunt catenæ.

Facilis desensus Averni
Sed revocare gradum, supersaque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. Pasci quos equus amavit
Iupiter, aut ardens exivit ad aethera virtus
Dijs geniti potuere.
Canit vel Profanus lib. 6. *Aeneid.* v. 226. Per præceps itur, & mens tenebris obnubilatur, ne anima revocet gradum, dum cognitione, vel

Persl.

Augusti

Peccatum
dulce
venen-
num.

Seneca

Quinam
latrones
Philetæ

Virgil.

Genes. 19. 31. Cur voluptas inebriare dicatur?

vel luce, dolorem receperit intellectum. Ideo filie Lot, appetitus, inebriare intendunt vino cupidinis intellectum, patrem luminis, in tenebris voluntatis; quoniam ducitur sensum in ebrietatem, ebrius ignorabit finem, & consistent sane scelera, quandiu fuerit ignorantia. Verum si cognoverit, errati cognoscentem pibeat, & statim Deus ignoscit; igitur dum cognoscitur erratum, Dei evanescit iudicium.

Joan. 8. f.

2 Adducunt Pharisei mulierem in adultero comprehensam, ut Christus iuxta legem iudicet causam. In lege Moyses (legerunt) mandavit nobis huiusmodi lapidari. Tu ergo quid dicis? Est in Christo senaculum gratiae, & senaculum iustitiae. Iustitiae, in peccatores defendentes crimina: gratiae, consentibus scelera: & protegit gratia feminam, a iustitia iudicandam; quoniam derogans adimplet exacte legem, post criminum confessionem. Canit floride Paulinus Consular. in Carm. Bap. v. 289. Quamquam iam nimis longe processerit error,

Confessio criminis delict.

Paul. Conf. 6.

Desinat & redeat: cum se damnaverit ipse, Absolve meruit, si poenitet irrita culpa est. Hinc addit: Tentantes eum. Alij irritantes: igitur vel pacatissimi cordis movetur bilis, eo quod cognitis noxis, & visis lachrymis, intenderent de rea exactionem iudicis, & iuxta apices legis. Hispan. Que viendola llorar, la echa se toda la ley. Parum igitur inesset gratiae, si iudicaretur adultera toto rigore iustitiae.

Et poenam criminum.

Quomodo crimen in feminam corripit dum?

Pudor etiam iudicium feminam.

3 Ulterius. Christus non venit solvere legem, sed adimplere: quomodo ergo legem adimplet, si lapidanda adultera femina indulget? Quia vidit lachrymas? Diximus Tautolog. 1. Didasc. 3. a num. 12. Quia pudore affecti, dum crimen malitia exposuit, & corripuit verecundia, quam non retraxerat poena? Magni utique iudicis ingenium, in discussione criminum, inferre dolorem vexationis mentis, pro vexatione doloris. Legem Christus adimplevit, dum adulteram libere in pace dimisit. Illa delictum cognovit: & nullum feminam acrius usque ad praecordia tormentum, quam cogi faterrat. Nequibat modo comprehensa exensare crimen, & nullam nisi in lachrymis emittit vocem. Tenax honoris publici femina ruderet auctoritati, ita ut perfundat libentissimo vitam, modo illam servet famam. Unde etiam licet agnoscat, ne cognoscat errasse, difficultus respiciat; se iudicis pietati, ac indulgentiae disposuit, ubi criminis tanti culpam vel convicta non negavit.

4 Fleatamus ergo calamum in propo-

tum. Remansit igitur ibi, accusantium fuga, & pudore. Solus Iesus, & mulier in medio stans. Obiter nota: In medio. Quo pacto si turba fugerat accusantium, remansit femina in medio coram? Erant accusantes aduleteram Pharisei, & peccata: & remansit in medio criminum accusantium, abitu Phariseorum; quippe in conscientia mille testes, & peccata nostra responderunt nobis. Dant voci suae vocem, dum alij notant similiter crimen.

Veri. 9.

Peccata testis sunt.

Haic. 59. 12.

Veri. 14

Peccatum peccati agnitione daleatur.

1. Cor. 11. 31.

Deum non iudicat ab homine iudicata. August.

Poenitenti praecipit Dei iudicium.

Psal. 94. 2.

5 Ergo mulieri Iudex misericors: Nemo te condemnavit? Et illa: Nemo Domine. Illico Dominus: Nec ergo te condemnabo. Vide. Qui peccam in delicta huiusmodi, lege fulminat; delinquentem non condemnat. Pater caelestis omne iudicium dedit filio: qua lege fert, Nec ego te condemnabo? Pater rea & peccatum, iudexque summus non profert iudicium? Profecto. Non profert, quia in huiusmodi causa iam non habet. Iudicium est illi de peccato, ubi transgressorem fugit peccati cognitio; & feminam adulteram minime condemnavit, quia illa peccatum cognovit. Deus crimen cognoscit, dum homo nescit, & cognoscens non ignoscit. Ergo ut ille parcat, peccator agnoscat: igitur cognitione prevenit causam, & fugit dextre sententiam; quandoquidem vel divina non est in re iudicata.

6 Modam huncine in effugium signat Paulus. Si nosmetipsos diiudicaverimus, non abique iudicaverimus. Unicum habent peccata iudicium, & est prevenientis cognitionem causam, quippe non iteratur a Iudice, quod ab homine. Unde si iudicamus, & damnamus nosmetipsos, non iudicabimur; quoniam destruit, & corrigit iudicium nostrum, quod factum tribunal integerrimum. Peccata (ait Augustinus Sentent. 2. 10.) impunita esse non possunt, quia aut homine poenitente, aut in iudicio Deo iudicante praestantur. Praestantur autem vindicta divina, si confessio praecurrat humana. Amat enim Deus consentientibus parcere, & eos qui semetipsos iudicant, non iudicare. Ratio in promptu est. Sunt coram oculis Domini, dum fuit procul ab oculis poenitentiae. Dum videt Dominus minime parcit, imo rigide punit, quia non iudicata offendunt faciem, & iustitia plectere conatur offensionem. Vel ab homine poenitente iudicanda, vel a Domino punienda. Hinc ut ignoscat, agnoscamus, iudicantes nosmetipsos: etenim scuto poenitentiae, Praoccupamus faciem eius in confessione.

Notanda sunt verba Nathan, dum peccatum cognovit David. Dixit hic: Peccavi Domino: & Nathan illico: Dominus quoque trans-

1. Reg. 12. 15.

Dei crimina in poenam nescit, quae homo cognoscit.

Pl. 31. 5

Peccator Deo crimine aperit, cuius non poenitet.

1. Cor. 11. 31.

Dei non iudicat ab homine iudicata.

August.

Poenitenti praecipit Dei iudicium.

Psal. 94. 2.

Et occidit, quod cognoscit

transulit peccatum tuum. Nil mirum, quod non vindicet, peccatum quod homo poenitendo cognoscit: sed pungit cogitationem acuminem ly Quoque. Huiusmodi particula simulacris est. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit, ut dicatur iure etiam Deum peccata transferre? Qui cognoscit. Cessat vindicta divina, si confessio praecurrat humana. Ignoscit quae homo cognoscit: cognita delentur a poenitente: & de Dei indulgentia merito dicitur Quoque; quippe quod deler homo, dum crimina poenitentia cognoscit, Dei clementia pro obsequio ratum habet. Praoccupatur, quia Deus quae non cognoscit, non punit; & nescit in poenam crimina, quae homo cognoscit: quandoquidem tantum Deus vocat in poenam, quae hominum fugiunt malitiosae memoriae.

7 Modò intelliges celebre verbum David. Dominum, iam errorem dedoctus, alioquitur dicens: Delictum meum cognitum tibi feci. Quid novi? Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, qui lucidiores lucidissimo Sole. Numquid peccatum non vidit? Vidit sane. Quomodo ergo cognitum illi fecit? Quoniam tanto tempore, qui commisit, non cognovit. Dum homo a malo in frugem convertitur, Dominus peccatorum obliviscitur: si verò non convertitur, recordatur: & cum David in peccato dormiret; quod celare debebat, cognitum fecit. Cognoscit Dominus hominis malitiam, dum renuit homo pro criminibus agere poenitentiam. Dicitur cognoscere scelera, dum impellitur ipsis in transgredientium supplicia: & dicitur ignorare, dum relinquunt adhæret memoria culpa. Peccavit David, cuius peccatum a vidente absconderet, si quamprimum poeniteret: sed fecit delictum iudici potenti cognitum; quoniam oblivio impulit vel mansuetum in supplicium. Memoria sepelit memoriam, & poena poenam: siquidem si David scelera cognovisset, Deus quamvis iudex & offensus non agnosceret.

8 Misericors Dominus milereri intendit, & etiam ignorare, quod cognoscit. Ideo nobis (ait Monachorum Pater in Regul. S. Prolog.) propter emendationem malorum huius dies vita ad indulcias relaxantur. Indulciae sunt a peccato pro complexu poenitentiae, qua cognita crimina a transgressore damnantur, & damnata plectuntur. Vel Dei iustitiae vindicis, vel iudicium in induciji intererit hominis: igitur Deus cognoscit, quod homo nescit; & nescit, quod homo cognoscit. Unde Domini evanescit iudicium, videntis in delinquentibus emenda-

tionem malorum. Adversum se confiteatur peccator iniquitatem Domini, & Dominus pius propitius peccato: igitur illico remittit iniquitatem; ut videlicet iniquitatis cognitionem.

9 In peccatrice Magdalena habemus exemplum; quo videtur in vulnus, cognitionis pharmacum. Cultu profano & gestu (juventutis ruina, pudoris nebula, seu potius inter lascivos sales lenta nece, & frigido virtuti pulchritudinis lepore) oculos amoenabar, dum offendebar. Extollebatur impudentia, licentia etatis; & perverbia, commendatio speciositatis Veneris, impellente plausu feminæ levitatem praecipitem; quia nemo ei periebat iniquitatem. Hoc enim habent inordinatae actiones, vel facienti displicent. Ipsam libertatis tædium, & Ut cognovit, comiter rustica, & rusticæ urbana, importuna convivio, sed opportuna obsequio, irruit faucia & mente & iniquitate, ubi erat medicina efficax vulneri; hinc ictum supplicii libello lachrymarum, veniam extorquebat delictorum. Coma vagabatur sine lege, priorum cogitationum vividum simile. Facies incariola, sed pulcherrima. Sarcinam curarum mundi muliebris proiecit, quin nisi in diligentia exspiciaret: igitur errorum cognitio pupugit, & puncta denique flevit, abluisque pretioso liquore plandus, vana videndo vagus quicquid peccavit ocellus. Quid non lachrymæ mitem, dum adamanta movent! Statim Dominus iudex debitum remisit, vel medicus, ut valeret, fauciam curavit, dicens illi causa prosperè victa: Remittuntur tibi peccata.

Luce. 7. 37.

Cor cogitatione faucium illico surgit.

Veri. 48.

Quando Magdala na condita poenitenti.

Maldon

10 Non ambigit, remissa fuisset peccata, sed valde inter Expositores creperum, quando remissa? Aliqui dicunt fuisse, dum Christus protulit indulgentiam, ponderans coram discumbentibus obsequiorum fidem ita officiosam, subdens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: quasi in prima verborum prolatione exprimeretur condonatio culpa, & in secunda per cordis demonstrationes remissio poenae. Barradae hic, Maldonato num. 36. & Sylveit. Tom. 3. cap. 7. Luce. quest. 26. placeat, ante hac verba fuisse remissa peccata. Quando igitur? Ut ploravit? Prius: Ut cognovit. Antequam perveniret ad medicam, valuit cor sagittis faucium? Utrique. Sequebatur Magdalene pappio voluptratis ignes rutilos, quin flammam praenoscere dolos. Nesciebantur menti vincula gravia, & voluntati videbantur blandissima. Cognovit fraudem, & exclusit crimen. Iam cognoverat, dum pro venia properabat. Exprestit

Do

Obtinuit
viam,
ut cognovit
cul-
pan.

Dominus per verba remissionis, quod Magdalenæ concesserat : & prius peccati remissionem obtinuit, quia ante huiusmodi verba crimen cognovit.

11 Deinde. Medicus insignis ægritudinem animæ est cognitio pravalentis morbi. Quapropter Otho Vænius Emblem. 89. Amor, succinit:

Sanus amor morbum nosse agro suadet amori,
Consulto & medico, tempore poscere opem.
Morbum quippe suum nosse, est pars prima salutis,

Otho.
Vænius.

Quem metuens, perire, prodere creber amans. Minime morbum Magdalena prodere metu-rit, ne periret. Anima iacebat consternata pondere peccatorum, quæ cupiditas deaurabat specie rutila deliciarum. Vulnerata erat præcordiorum intima usque, quin agnosceretur vulnus voluptatis velamine, vox illecebrarum, & dolor nimius ex fagitibus criminum. Rupit velamen virtus cognitionis, & monuit dolor vomica cupiditatis. Dolorem sensit, periculum tunc declinabile cognovit : & sanitatem mirabilem animæ percepit pectus, illicò ut respiciens cognovit vulnus.

Morbo
anima
nosse, est
a morbo
liberari.

12 Ultrà. Cognoscere criminis plagam, est cognoscere offensam, quæ punctim & crasim vulneraverat cordis penetralia, ut suffocaretur in pectore vita. Christus crimina verbo indicat relaxata, sed ante verba ipsius iam erant peccata indulta. Prius Magdalena cognovit, & prius Salvator peccata dimisit. Si post condonarentur peccatrici, non tribueretur indultum peccatorum cognitioni : & respiciens Magdalenam indulgentiam obtinuit, ut scelera cognovit; quoniam sub Deo iudice in peccatorum lite, idem cognosci, & ignosci.

Idem est
cognosci,
& ignos-
ci.

13 Atripulatur acuminis Augustinus libell. 30. Homil. 23. Dum quæxivit Salvatorem medicum, Noverat (inquit) quanto morbo laboraverat. Pendende laboraverat. Cur non laborabat? Si quærit medicum, laborat adhuc: si non laborat, cur quærit? Medicus sollicitatur propter præsentem, haudquaquam propter expulsum languorem. Superfluum videtur medicamen temperatis humoribus, & medicus nisi male habentibus. Quo igitur pacto, inquisito & anxie medico, non laborat sed laboraverat morbo? Quoniam vulneribus Magdalenæ vulnerum est medicata cognitio. Unde ingeniosè Augustinus non dixit laborabas, sed laboraverat; quippe prius in cognitione medicamen invenerat.

Habere
cognitio-
nem, ac
medica-
men.

14 Plus animæ, quam corporis paralyssi permebatur pessima, qui triginta & octo

annos habebat in infirmitate sua. Studiò dicitur Sua, quoniam minime ab intemperie humorum, sed à malicia criminum. Corpus, quod corruptitur, aggravat animam: ille verò putrida animâ corruerat corpus. Vidit hunc Iesus iacentem, & miseria præbuit pietati miserendi occasionem. O amor dulcissime! Ni vidisset, ita languens in perpetuum morbo iaceret. Vidit, priusquam videretur ab eo, ut maior esset modus in maximo beneficio, preveniente gratiâ languentis vota; igitur summa gratiâ generositas, dum divinat ad beneficium voluntas. Iacebat ille præ nimio dolore sine sensu, & propter paralyssim sine motu. Plurimos annos habebat languoris: accessit, ut vidit medicus planè celestis. Ubi gravat, altera natura, criminam consuetudo; opus est sanè medicina de cælo: siquidem ni Deus medicetur, proculdubio desperabitur.

Ioan. 5.
5.
Languor
corporis
sape à
languore
mentis.

15 Hunc cum vidisset Dominus, illi dixit: Vis sanus fieri? Pluribus saepe interrogat, & tacet lingua, quia obdurata corda. Exponit gratis languentibus sanitatem, & inspirationibus pulsantibus non respondent. Vis sanus fieri? Infirmitas, vel valendo nititur voluntate: fac velis in salutem, sicut voluisti in languorem. Utrumque patet cordi. Non sint delicia, quæ pœnæ. Velis commodum, si voluisti tormentum. Vis sanus fieri? Utique Dominus: pro illo respondet hic Theophilactus. Voluit. Surge, medicus dixit: Et statim sanus factus est homo ille. Non tantum obtinuit salutem, sed statim. Observa modò. Ut cæci à nativitate lumina medicus lucida faceret, in terram expuit, collyrium luti concinnavit, super oculos imposuit, & lavare in fonte iussit. Abiit ergo cæcus, & lavit, & venit videns. Cur igitur adhibetur medicina cæco, & minime paralytico, & cur huic statim salus conceditur, & cæco à nativitate protrahitur? Morbus cæci erat corporis, languor paralytici mentis. Ille egubat medicamine, hic cognitione. Cognitione est præsentior medicina, dum languet anima: & statim salutem obtinuit, ut se languidum cognovit. In morbis corporeis non sufficit cognitio vel confessio ad salutem: in vulneribus animæ est cognitio medicamen: & statim paralyticus se invenit sanum; ut confessus est delictum. In voluntate hominis sunt eiusmodi vulnera, vel medicamina. Iacet, quia vult; & quia vult, minime iacet: siquidem statim surrexit, simulatque surgere voluit. Statim sanus factus est. Non erat medicina paralytici sicut cæci longe in fona

Verf. 6.

Statim
fugit,
qui pec-
catum
cognoscit

Theo-
phil.
Verf. 9.

Ibid.
c. p. 7.

In vo-
luntate
hominis
sunt pec-
cati ve-
nena.

te

Cur in
morbo
anima
qui agro
tur medi-
cui?

Cum cri-
minis ig-
noran-
tia, nulla
datur me-
dicina.

Idem.
36.

A rigorè
iustitia
crimina
liberan-
ter con-
fessione.

te; sed iuxta, scilicet, mente: & statim sanus factus est, ut accepit cognitionem; quippe quàm nihil distat inter illam, & salutem.

16 Tandem nota. Sanus factus est homo ille. Quare igitur invertitur stylus ab Evangelista? Ille homo dixit: Qui me sanum fecit: & etiam, Quia Iesus esset, qui fecerat eum sanum. Cur ergo Ioannes non profert, quod sanaverit Iesus, sed quòd homo ille sanus factus est? Brevi dicam. In infirmitatibus animæ non distinguitur medicus, & ægrotus. Morbum suum nosse, ut diximus, est pars prima salutis. Accessit profectò cognitioni gratia Salvatoris; & quamvis curavit Christus, quasi per se paralyticus dicitur sanus; quoniam non acciperet à Domino gratiam, ni habuisset criminum cognitionem medicinam. Dimidium opus habet, qui bene cepit: & iniquitatem odit, qui cognoscit. Latet sub appetitu voluptatis toxicum mortis. Nemini placet esse altis vulneribus saocium: & saepe placet infirmitas, quoniam ignoratur infirmitatis periculum. Cum non torqueat, quòd torquendo delectat, vel moribundus discrimen apolizatur. Despicit salutis restorationem, quia nescit amississe salutem. Tunc morbus est ignorantia, quoniam per nescientiam negligitur medicina: & amplius patet periculum in infirmitate, inter vulnera tanta nullum cognoscere. Ita iacebat paralyticus iudicans voluptatis blandimentis, lethalem utrumque dolorem. Dominus de salute interrogavit, ut ille iniquitatem cognosceret. Cognovit vulnus, & statim sanus factus, & sui medicus: siquidem idem cognoscere iniquitatem, & obtinere salutem.

Car in
morbo
anima
qui agro
tur medi-
cui?

Cum cri-
minis ig-
noran-
tia, nulla
datur me-
dicina.

Idem.
36.

A rigorè
iustitia
crimina
liberan-
ter con-
fessione.

minimè plectit, quod non videt: & que vis a ab oculis crimina, iam non visa, si confessa.

Nec patent Apollini
Dicata Christi peccata.
Canit Paulinus ubi supr. v. 3. Epist. ad Ausonium. Tunc dicantur, dum cognoscuntur: & dum cognoscuntur, auterentur quippe Deus crimina non cognosceat, ubi offendentes cognoscunt.

Pauli-
nus
Consal.

DIDASCALIA V.

Subtrahenda occasio, & oppor-
tunitas fugienda peccati.

1 Monet Melissus Doctor de Di-
vers. Serm. 14. Facit occasio
furem, & unda saliens excitat sitim. Audaciam, quæ stat in lubrico, penitudo sequitur: & fiducia in lamentabilem ruinam mutatur (cum intellectus propudiosè dedecore) eò quòd suspicatus est periculi rogam sine volubilitate. Quapropter Seneca in Hercule. Parent. Act. 2. v. 325. succinit:

Ber-
nard.

Pudor est
intellectus
fionis re-
meritas
in pericu-
lis.

Nemo se tutò diu
Periculis offerre tam crebris potest,
Quem sepe transit casus, aliquando invenit.
Haud semper biseno numeratur tessera puncto. Chium opponitur Coo, & hæret Canis in talo, mordetque dammosa Canicula forem, dum in ludo aviditas expectat auspiciatricem. Fugerat ergo Lot Sodoma incendium, verùm non fugit filiarum. Subtrahenda erat occasio turpis appetitus, quoniam immoderabilis, dum prompta Venust & lapsus est in incestum, dum non præcavit periculum. Inebrietas eum vino: dixerit in lascivium pronæ gnate. Nunquam crimina summa repente. Ebrietas sequetur potationem, luxuria verò ebrietatem. Haud creperum propositum, si nanciscuntur ebrium: igitur amplexus est execrabilis crimen, quippe non fugit criminis occasionem.

Seneca

Qui perit
culum
quærit
aliquando
da invoca-
nis.

2 Currum triumphalem, læticam regiam de lignis Libani pretiosioribus fecit sibi Salomon in diurnam pompam: cuius columnæ argenteæ, mira varietate celatæ, reclinatorium aureum, purpura in ascensum; & ne pavementum sine parill spiciostate floreret, Media ibaritate conspavit. Superavit veritas pretiositatis vel Profanorum pinnulas, studiosas exaggerationis.

Genesi
29. 13.

Cum venit, aulais iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locavit.
Tom. II. T. aut.

Cant. 10.

Virgili

Ca.

Imago Cupidini olim in curribus regis.

Canit Virgilius lib. 1. Aeneid. v. 701. Media in curru Salomonis intelliguntur a Doctoribus pro pavimento, & pro Charitate Cupido: igitur ibi picta Cupidinis imago, quod quidem oriri poterat ex blandimine in filiam Pharaonis, quandoquidem frequens usus apud Gentem. Pausanias in Corinth. describens currum: In cuius media basi (subdit) imago Dei Amoris quasi ex aquis emergebat, assistentibus utrinde Nereidibus. Alcibiades etiam, ut in eius vita refert Plutarchus, in clypei umbone incisum gestabat Cupidinem. Ita (ni fallor) stratum curus ornamento vel celatum, vel depictum. Unde Hebr. Medium eius constravit lapidibus amoris. Sotomaior: Medium eius stratum amoris. Septuag. Medium eius gemmis constravit ad amorem. Et Alapide: Medium eius ardebat amore.

Pausan.

Plutarch.

Et in clypei.

Hebr.

Sotom.

Septuag.

Alapide.

Amoris libidinis fenerator, si proculcat.

3 Florida potius documentis, quam coloribus micat currus pictura, etenim signat affabre qua arte peccati occasio fugienda. Non in tegmine folij collocata Cupidinis pulchra imago, sed in pavimento, quod teritur pedibus; igitur amor prevaler vel imaginibus. Si esset in superiore caduci parte, extimationem imaginis pectus ostenderet: in fundo autem currus, quod etiam Cupidinis simulachrum despiceret. Addicitur triumphus despectui Veneris: & Amore prostrato currus dicitur triumphantis Salomonis; quippequam Amor tunc vincitur, dum pedibus proculcatur. Quod sub pedibus ponitur, non videtur: quod habetur pro delicijs, semper habetur pra oculis: & in pavimento collocatur imago, ut cordis flagrantis referentur cupido: igitur congruit studenti castimonie, imaginem lasciviae nec videre. Ideo sub pedibus, qui quidem non aspiciunt, quid calcant, nisi dum caespitant. Sub pedibus in oblivione Cupidinis, ne possint vel pictae videri amoris imagines.

4 Pulcherrimae signantur Virgines in huiusmodi curru ingenio, laureatae martyrio: siquidem in illis, & per illas, dum videtur trahitur ad currum adversarius, triumphat verus Salomon Christus. Aetas despiciatur uti tenera, virtus animi, uti in puellis, terroris indicantur ludibria, pudor labilis quasi in feminis, & metus plus a seipsis, quam a tyrannis. Tanto turpius malignitas vincitur, quanto cum inferiori luctatur: siquidem cum virtute deputarentur in thronum Salomonis (qui certamen forte fragilium prospiciebat e caelis) exposuit tyrannus virgines puellas, quas experti sunt cruciamentibus columnas: praestante argento candoris, & auro inconculsa fortitudinis,

Virgines Martes exprobrata in curru pro cetero Salomonis.

effusa in testimonium purpura sanguinis. Currus licet ex ligno pretioso, erat ex ligno: lignum demonstratur fragilitatis imago. Non esset triumphus insignis, ni prevaleat virtus in summa imbecillitatis: etenim stabant virgines fidei columnae, quasi corpora debilia ad idem essent ex ere.

5 Ergo progrediamur in abdita, quoniam aperta via. In eiusmodi curru cordis apparatu, sub pede iacet Cupido. Qui symbolis sculpsit arte modum in pugnam, dedit etiam in victoriam: quandoquidem appetitus sensuales ni iaceant, superant. Ubi surgunt, insurgunt in imago Cupidinis pedi supponitur; igitur conculcabit, ni conculcetur: pudor argenteus corrumpitur, aurum virtutis flectitur, reclinatio castitatis frangitur, columna fortitudinis concutitur, & vis teritur metallorum, tamquam fragile lignum, in quod introducitur amor, efficax ignis, non ut luceat, sed ut consumatur flammis.

6 Praeterea. Cupidinem, ut in eventum personae Salomonis erorquemus acumen, proculcatam pedibus, affixit curru, illudens locatione adhuc in imagine illudenti, quasi minime attendere nisi in despectum, dum vel pedum erari imago ludibrium. Proh incuriositas pectoris fragilis! Inefficax diligentia, & praevalebit incuria! Quid Cupido, si vincit imago? Quid in corde positus, si triumphat pedibus tritus! Sub pedibus Salomonis iacuit, & vicit. Haud recte cogitavit castimonie victoriam, dum amorem vel pictum introduxit in lecticam. Disponeret ritum triumphum, modo odisset etiam pictum: igitur superaret, si dum imaginem conculcavit, expulisset.

7 Arduer propositio sententia Corn. Alapide. hic in Exposit. Lit. Pavimentum ferculi, uti diximus, stratum Cupidinis imagine, vel medium eius ardebat amore. Ubi praefatus Doctor: Medium huius ferculi solum, aut certe pavementum stratum erat effigie columbarum, vel carbunculorum, vel ignis & flammarum. Insignia singularia: hinc cogitationi ignota. Quid commune inter columbas, amoris prunas, & Cupidinis flammam? Magnum quidem. Columbae perniciosissimi sunt cursus, ut ait Nazianzenus Orat. 17. & indicant pusillanimes, sicut observat Pier. Valerianus lib. 22. cap. 11. Ignis autem pravam cupiditatem, & flammam amorem: iungiturque Salomon flammis columbas, ut qui callo pectore, vincant Cupidinis flammam: igitur dum carpitur fuga, obviat in itinere de Cupidine victoria.

8 Pinxit in flammis Veneris toxicum, & in

Appetitui sensus, ni iaceat, in dulcentem superat.

Vel eius vinum est.

Alapide;

Obviat victoria, dum eligitur fugam.

& in columbis alexipharmacum. Dixi meditantem Alexipharmacum, & non Pharmacum; quia pharmacum supponit virus, alexipharmacum praeservat a vulnere pectus: & aptius venena luxuriae arcentur, quam a pectore expellantur. Unde Otho Vanus Amor. Emblem. 83. Amor eslerem habet ingressum, regressum tardum. Si ut docuit, Solomoni fecisset; non iaceret, sed stare. Habet Cupido mille nocendi artes, vel dum fastidia sustinet odientis cordis. In ferculum eius imaginem introduxit, ut ploderet. Ploderet, ni introduxisset: siquidem facilius quam proculcando, artes vinceret fugiendo. Docet vel Ethnicus lib. 4. de Rer. natur. Sed fugitare decet simulachra, & pabula amoris.

Aptius prore cogitatione arcentur, quam expelluntur.

Lucret.

Curram instar ignis.

Heliam.

Quiescit cogitatio, ubi volat.

Psal. 54.

Veneri insidiatum conculcavit.

Ocultum inspire ignem, fallasque veneno. Venenum est & occultum, quo plura corda extinguit, quoniam neglectum. Vicit Hercules Hydrum virulentam, & veneno victo amicit vitam.

Membra & Hercules toros Urit lues Nestes. Qui domuit seras, Ille ille victor vincitur, mare, dolet, Quid quaris ultra?

Accinit Seneca in Heresl. Octavo Act. 3. v. 749. Quid quarit ultra? Quam virtutem habent toxica, quae vincunt victa! David recessit, Salomon celsit. Recessit, & vicit; quoniam cavet, ne proculcantem morderet. Salomon parvipendit, & celsit, quippe iam victum addixit: & passus est qui victor a victo iugum tyrannicum; igitur non lausgit peccati in occasione periculum.

11 Columbas addit imagini Amoris Salomon, ut animas fragiles contemplantur regis ferculum; ne dum ferri gaudent, ferantur in praecipitium. Totum hoc Salomon excogitavit, ubi columbas & Cupidinem in lectica finxit, Propter filias Ierusalem. Quid in debilibus, si ita in forti? Quid in facis, si ita in sapiente? Utrumque consulto iunxit, Propter filias Ierusalem, ut saperent alieno capite. Pudor in virginibus debilis, maxime petulantia aetatis, & debilitate defectuosae rationis, quae minime pericula perpendit, dum maius imminet: igitur quam ignorat, occasionem; illecebram demonstrat cito experientia in castitatem: & propter filias Ierusalem imagini Cupidinis iungit columbas, quarum insignis conditionis fugacitas; quippequam Veneris potentis, petentis flamma, securus a virginibus vincitur fuga.

12 Propter filias Ierusalem curru ornatur huiusmodi imaginibus, victoriae vel periculi testibus. Triumphum candor castitatis adipiscitur, ubi de adversario non quaeritur. Si venerit Cupido, lauream puritas de contentione obtinebit: si quaeritur, ut sub pedibus coneratur, vincetur. Imaginem, quam admittere non debuit, curru Salomon incuriosus intulit, quasi invalidam despectus vinculo, pro castitatis trophaeo. Aliter accidit, dum status cogitationis extinguit succendit prunas; etenim trophaeum Cupidinis vincit castitas: & huiusmodi vane fiduciae florida tabula filiabus Ierusalem exhibetur, ne confidentia in desiderime vincantur: siquidem ludibrium est libidinis, quisquis incaute quaerit occasiones.

13 Denique aliud laet documentum & non insinum, pro lubricitate occasionum

Virgili

Senec

Cupidini non cedat, quod recidit.

Cont. 4

Hinc flamma fenerator fugae.

Qui periculum quaerit, iam peribit.

Ulex enim vivit, & inveteravit alendo, Inque dies gliscit furor.

9 Ratio sub manum est. Amor imitatur ignem, qui non urit longe itantem. Solummodo consumitur dum caret fomite, & fuga capta removetur combustibile. Incommissa fuit imago Veneris in lecticam Salomonis, ut pessundaretur Amor vel in idolo. Fefellit sapienterem cogitatio. Amor etiam dum expellitur, introducit. Ideo portenditur per ignis insigniam, ut non prevaleat illecebrarum fucula: igitur etiam dum pedibus proculcatur ignis, urit proculcantes pedes.

Subtrahere ligna foco, si vis extinguere flammam.

Flamma numquam otiosa. Ita hominis cogitatio cum Veneris flamma. Unde in ferculo, dum Cupidinis pinguntur prunae, seu calculi igniti, pro antidoto pinguntur etiam columbae; quoniam triumphus amoris in recessu, & nequaquam in conflictu. Fuga columbae desideratur a Propheta, dum anima erat in exercitatione contristata, & conturbata. Quis (exclamat) dabit mihi penam sicut columba? Ad quid ergo? Volabo & requiescam. Apt. Si volat, quiescit. In motu fugae, quies cordis stabilitur: siquidem si ad conflictum stare, minime ingratis cogitationibus quiesceret.

10 Pater salvus sit a pusillanimitate spiritus & tempestate, dum filius iacuit vitus & vincit virtute inanibus fiducia. Arbitratur Salomon victum Cupidiam, quia videbat sub plantis procumbentem. Haud aperto Marte Veneris bellum, sed insidijs adulantium cupidiarum. Iccirco ipsa filio, apud Virgilium ubi sup. v. 692. commendat:

Tom. II. Taut.

exponendum, maxime cum periculum iam notum per frequens lapsus. Victus fuit Salomon turpiter feminarum amore, cuius imaginem inseruit superve diviti lectice, ut pedibus saliditibus proclicaret, quam ex triumphis arrogantiam amor presumpfit. Sibi non timuit, qui sepe victus, & subcubuit imagini qui gloriosus. Quid Salomon gloriatur, ubi imagine vincitur? Quid faceret pulchritudinis vivida & florida species, si ita pectora arte debellant colores? Quid pennatus, qui ita vincitur? Vincere qui potuit nudus, quid zima gerens? Quid non, verum, quando indeficientem grassatur simulachrum, & pictum? Quid aureis telis, si ita plumbeis? Quid demum sagittis, & flammis in pectoris solio, si cor prosterneat prevalide in pavimento? Decipula cecidit, dum aliam amor figuram induit. Nota. Media lectice imagine Amoris Salomon pulchre confectit (ubi Vulgatus) Media charitate constravit. Charitas ingeritur pro amore. Studiosè ergo pudoris lubricitati. Sæpe (fallor? utinam!) tota machina Cupidinis sub specie charitatis.

14 Ad rem igitur. Non in curru culmine imaginem Amoris sculpsit, ut cogitationes in venerationem impelleret; nec in reclinatorio, ut oculos palceret; sed proiecit in pavementum, quasi vile mancipium, pedibus sæpe plodendum. Si Salomon a despecto nunquam fuisset vulneratus, aut vidus; plauderetur, vel vituperaretur per eventum cogitatus; quia in huius ambiguitate certaminis, turpius eijcitur, quam non admittitur hostis. Verum dum sæpe ruit, plus quam amor, ipse semesipsum fecellit. Iam occasionem noverat: illum periculum non latebat: & vel dum pede Cupidinem tetigit, miserè corruit; quippe non fugit: igitur ubi experientia novit inesse occasionem, ibi nec ponere pedem.

15 Aliqua testimonia brevi inferenda, ut lecturus perpoliat quasi inconcinna. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem*: commendavit Dominus dilectis, dum secessit non procul orarum Patrem. Alibi aliter dubitabimus, modo verò, cur non dicit: *Ut non labamini in tentationem, sed ut non intretis*? Ingedi, est labi? Non egreditur sæpe qui ingreditur, & gloriosè? Minime. Tentatio occasio ruinz est, ubi prevalere, vel cedere potest cor, dubio in certamine Marte, expugnata & propugnante ratione; quapropter monet, non ingredi: igitur ubi legis periculum, non introeundum, sed fugiendum. Amisio gratie fit per voluntatis in ihibita consensum, & nequa-

quam per tentationis introitum: ceterum cum in tentatione sit occasio lapsus, prohibetur introitus; siquidem tentationi consentiet, qui periculum non fugerit.

16 Aliud acumen. In tentationem intrare, non est progredi, nec ruere: quare ergo docet, ut sibi consulant, minime consensiendo, sed non intrando? Quia idem tangere pede tentationis limen, ac cadere in tentationem. Quilibet tentatio est lubricum precipitium, & false contabulatum præruptum: Hispan. *Despeñadero*. In huiusmodi machina ita disponitur ingredientis ruina; ut primus ad introitum gressus sit infallibilis lapsus. Unde Servator discipulis innotuit: *Vigilate, ne intretis in tentationem*; quandoquidem ne mittere animum precipitium, quicunque moverit pedem.

17 Cognovit Propheta Regius, ut fragilla pectora documento fugiant lapsus. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei*. Quid igitur consensui, quòd pedes moti, vel gressus effusi? In occasione servari, vel ruere: etenim cum libertas deficiat post primum gressum, per motus lubricaret ingrediens in precipitium. Later anguis vul herba, quæ omnino lubrica: & dum calcate intendit, calcator corruit, & serpens post morsum fugit. *Penè moti sunt pedes*: & David non est lapsus, quoniam non moti: siquidem cum motum sequatur introitus, & ingressum indeclinabilis lapsus; per motum, aut gressum pedis, vigilanter consensum explicat voluntatis: igitur si ruit voluntas ingrediens in limen noxæ, nec pes quidem ponendus in occasione peccati.

18 Hac ingeniosa pulcherrima phrasi demonstravit Gregorius Magnus puritatem Benedicte. *Cum multos (instit lib. 2. Dialog. in Prasat.) ire per abrupta vitiorum cerneret, cum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem: ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane precipitium totus iret*. Penè moti sunt pedes, penè gressus effusi, & penè in ingressu victus; quippe ad ruinam in præruptis vitiorum sufficit tactus. Si quid attingeret, laberetur, igitur sufficit aliquid. Figuntur enim pedes in limo profundo, ubi non est substantia, sed lubrica firmitatis apparentia: & retraxit, quem quasi posuerat, pedem; ut fugeret vel in principio precipitem occasionem. Perpende. Non in ingressu retraxit, sed quasi in ingressu. Vivide modificatione expressa libertas, ut in cautione firmaretur castitas: quandoquidem si in ingressu quid occasionis attingeret, retrahere

Præcipitatur, qui in occasione in creatur.

Psalm. 72. 2.

Nec pes quidem la rannus in occasio ne peccati.

S. Benedi dus qua arte in occasione expes periculis Gregori Magu.

Difficilis victoria in occasione præcipiti.

pedem à precipitio non possit. Delirium est sollicitare libertatem in vinculis, & ignis indultum in Veneris flammis. Qui ambit castitatis illibate nitorem, ab occasione peccati retrahat pedem.

19 Quæ Alphyllis superstilitio, nobis erit doctrina sanctorum. Deducta est Arca Domini ab his in templum Dagon; cuius simulachrum coram Arca corruit. Elevaverunt, sed iterum & aliter iacuit: etenim *Invenerunt iacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palma manuum eius abscissæ erant super limen*. Haud sufficit, idola cordis corripere, expedit conteri. Ni contrita, iterum in adorationem pristinam elevarunt: contritis verò nullum remanet pulchritudinis vestigium: & nemini ita inhaeret affectus, ut demulceat turpidum. Videntur enim quid sint huiusmodi humana idola, dum exponuntur cadavera: ceterum, ni fallor, serò cognoscit, qui in deformatione cadaveris respicit. Iacuit itaque concissa statua Dagon: *Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen*: subdit sextus sacer. Unde salu, non incesso transibant in templum introeuntes, transilientes limen, quod dissipatis membris, illis videbatur, consecratis Dagonem. De huiusmodi ritu apud Palæstinos frequenti, si desiderantur plura, & selectiora, apud Doctiss. Sanctium videnda in *Sophon. 1. 9.*

20 Cur igitur, inquirentes, dum templum adoratores ibant, limen templi ubi statua iacuerat, non calcabant? Statua Dagonis erat, ut dixi *Tom. 1. Tautolog. 6. Didasc. 9. num. 1.* simulachrum Veneris, quasi Sirenis, vel Nereidis, uti observatur à Serario in *Itale. 19. q. 23.* Mendoza, Sanctio, Alapide, Lyra, & Abulenti. hic: imò a pluribus eruditionis humanæ Auctoribus, Cælio Rhodig. lib. 23. *Antiq. lect. cap. 5.* Xenophon. de *Expedit. Cyri*, lib. 1. Cicero. lib. 3. de *Nat. Deor.* Herodot. lib. 1. Diodoro. Sicul. lib. 3. cap. 2. & Natal. Comit. lib. 4. cap. 13. igitur specie humana umbilico tenus, deinde piscis, non secus ac Scyllam pingit Virgilius, sicut notavimus supra. *Didasc. 3. num. 18.* & ipsam Venerem Manilius lib. 4. *Astron. nom. cap. 1.*

— *In piscem sese Cytheræa novavit.* Et Horatius de *Art. Poët. v. 3.*

— *Turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne.*

21 Cecidit in terra statua Veneris, & limen, ubi cecidit, nullo modo calcabant, quique introibant. Quæ Ethnicis superstiti-

rio, debet esse nobis cautio. Ubi Deitas corruit, quis stabit? Venus occasio ruinz est: & fugiet prudentiam, qui non fuerit cautus vel statuum. Si aeternus vitij idolum cogitationi obviam, maxime lapsus; minime vinceret victum: sed idolum Veneris saltu prudentia transit, quia vel iacens dexteritate nocet. Qui saltat, non calcat medium: qui molliter incedit, quod calcat superprimit: & obvia Veneris, dextrè non calcatur, sed transitur statua; quippe premit etiam pressa. In quolibet idolo cordi insidiatur occasio. Aliquando obvium. Si transire necessarium, & nequit resistere animus, transiliat pectus: equidem in huiusmodi transitu quilibet steterit, corruet. Victoriâ securiorem steterit demonstrat, ut pudor singulariter fervetur, donec transeat: & transigreditur qui ingreditur in Veneris templum; ut non inveniat ex offensione periculum: igitur qui fugit verè Cupidinem, in limine occasionis nec debet figere pedem. Vernaculè, floridissime. *En la ocasión de pecar, ni poner siguara el pie*. Non tangat limen, qui respuit occasionem: etenim sanè prudentia triumphat, si declinat, maxime dum pulchritudo vel in imagine obviam. Quòd intendit, conspiciendum: sed quæ maximum: igitur si idolum occasio, & illecebrosa pulchritudo; ne illic hæreat & corruat, illac minime transeat; quoniam non transibit illac.

22 Caput statuae & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant. Idolum ita haud occasio apparebat cæspitandi. Quoties huiusmodi cogitatio incauta corda decepit! Quilibet ex Venere vomant sagittæ, utri proximis vel flamen: etiam sagittæ fractæ, sunt sagittæ, excitato amore clade, & prevalente igne frigidis cineris, statu commiserationis. Quibus non prevalerent integra, si ita membra dissipata? Præceptis & violentissima occasio summèque fragilis humana conditio. Unde Veneris non calcet limen, qui non querit occasionem: etenim etiam dum fractum idolum iacet; transire parvum; transilire oportet.

23 Non calcabant limen, qui ingrediebantur in templum; quia in limine lapsus Veneris simulachrum. Proh nefas! Favet lasciviam publica auctoritas. Favet, etenim qui non verat, cum possit, profectò iubet. Profani transilunt, Catholici ambiunt. Ubi Dei honor, vel ubi timor? Ubi turpedinis pudor? Transilunt illi, quoniam abominabile, quòd in ingressu, ac limine templi, esset occasio lascivie. Verum hoc alias. *Salvus est homo si fugit: quandoquid-*

Non bati reatum nec in limine occasio

Veneris sagitta fractæ, emanat sagittæ.

Turpes quid in templo, sit Cupidinis dicit occasio.

Ubi sup Sæpe flamma Cupidinis sub specie charitatis.

Ubi leot. ter heron dum, ubi peccati periculum.

Matth. 26. 1.

Ubi gratia periculum, fugientium.

dem qui expectat vulnera, vulnus habet. Subtrahenda est occasio cogitationi, & opportunitas fugienda peccati. Procul igitur illa, ut succinit Ovidius lib. 3. Amor. Eleg. 8.

Ovid. Ecce puer Veneris fert everfamque pharetram Et strabos arcus, & sine luce faces.

DIDASCALIA VI.

Perversi nec malis convertuntur, nec bonis.

Salvian. Nunc Salvianus lib. 1. de Provident. cap. 7. Difficile curvatur in redum ingenium pravum. Licet natura flexibile, induratur gravi corde: & urgentia consuetudinis vincit docilitatem conditionis.

Avic. O nullis illecta bonis, nullisque repressa Legibus, antiquo tantum summissa draconis Effera gens hominum!

Expectasse diu, nihil profuit, insuper omne Concessum venia rapuerunt crimina tempus. Exclamat Alcimus Avitus lib. 4. in Genes. v. 144. Altera natura est consuetudo, & ferè impossibile, quod diu. Ligatus eram (gemebat Augustinus lib. 8. Confession. cap. 5) non ferro alieno, sed voluntate. Ex voluntate perversa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Ratio iacet, cupiditas viget: & ex inuito malo haud illuminat mentem mali cognitio. Instar usi avidissimi mellis, videntur mihi; dum feruntur carissimæ voluptatis dulcedine: mella gustant, licet ardeant.

Contempletur præceptis consilium filiarum Lot. Inebriemur (colloquantur) patrem nostrum vino. Educatæ fuerunt miraculose à flammis Sodomæ, viderunt etiam in matre penam vel levis curiositatis; nihilominus tamen cogitarunt stuprum, & incestum: quod quidem crimen, quia augere non poterunt, iterant; sollicitantes ebrietatem patris, citra quam corpus evanesceret criminis. Malum ita grave haud averfantur feminæ? Operæ sunt iniquitate & impietate. In feminis malignitas sufficitur pro ingenio: ideo dicunt, Inebriemur patrem vino. Ille iam erant ebriæ, sed luxurie. Aberrabat cogitatio, simulac pectora penetravit Veneris potio. Prævaluit è potione in illis potius, quam in patre temulentia: siquidem amplexæ sunt crimina, & illis collata vitalitatis gratiâ, & visâ palam

Improbis non significat dolere, nec favo

genitricis penâ. Perversi difficilè corriguntur: igitur effrontis frontis, & dura cervicis, quæ non curvatur bonis, nec flectitur malis.

3 Illi converti vellent, & denud idola nova adoranda collocant corde. Hoc est velle, sed nolle. Miracula sæpe quærant, & difficultatem conversionis facerent, dum faciendi conversio per miraculum; igitur in huiusmodi articulo, maius miraculum erit conversio. Illis viderur convertendos per miraculum, ceterum rationi non videtur; quippe nequaquam despicerent cordis idola, quantumvis pluerent è celo miracula. Perpendis vim consuetudinis vitii, ubi non sufficit expositio miraculi. Valuerunt miracula Moysis in pectus protervi Regis? Dato pectori, sunt sine acuminè plagæ. Ad portenta Salvatoris Hebræi converti, etiam dum petra compassione scisse? Iudas conversus à via iniquitatis, tot miraculis visis? Induratur supra petram, soventes è delictis perviciam. Admittat Propetidam, ut finxit Ovidius lib. 10. Metam. Fab. 6. Corpora cum forma primum vulgasse feruntur.

Utque pudor cesit, sanguisque induruit oris, In rigidum parvo silicem à discrimine vorse.

4 Quid tempore Elisei populo gravi iniquitate? In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est: dicit Siracides. Verum quid inde? In omnibus istis non penitus palpatus. Mira faciebat, ut idola relinquere; sed adorabat idola, etiam viderent miracula quippe nec miracula sufficiunt, ubi corda humana in lapidem obdurantur. Prodigia contentiosè sollicitant, ut de peccato (si negantur) excusationem habeant. Exhibentur, verum nequaquam improbi convertuntur: igitur cum fatigant de excusatione, & nullatenus de intenta penititudine; in idolorum veneratione turpiter perseverant; quamvis miracula & usquequaque videant.

5 Elevavit Ieroboam aureos vitulos in Bethel, ut rueret domus Iacob. Misit Dominus Prophetam, ut portentis regi & populo indicaret infaniam: unde scissum est altare, prima prolata voce, quasi contereretur adoratio, contrito idolo, vel infecto sacrificio. Sentiant crepitu, & strepitu æra, & insensibilia persilunt hominum corda. Extendit igitur rex manum, ut Vatem apprehenderent, & exaruit manus quam extenderat. Quicquid possunt reges, posse putant; sed indicatur quid posse: equidem audiam habebunt potestatem, si manum extenderint ultra legem. Haud manum valuit retrahere, quæ sic in penam audaciæ steterit. Rex primò obstupuit, sed rogavit, ut im-

Insensibilia sentiunt, sed provi non convertuntur.

Ipse verò nec malis convertitur, nec bonis.

Ovidi

Eccli. 48. 16. Vari. 16.

Nec patiam miraculis

Possunt reges, quod licet possunt, sunt. 3. Reg. 13. 4.

Veri. 6.

Deus peccatorum immittit dolorem, propter scelera peccatorum penitus dicitur.

Ver. 33.

Ipse verò nec malis convertitur, nec bonis.

Ovidi

Pro conditione subditurum sit vitulus profusus.

S. Benedict.

Desperatur saluti ubi remedia non sentit agrotus.

petraret à Domino sanitatem, & Vatis Dominus vacuam haud dimittit precem; igitur per novum miraculum, Reversa est manus regis ad eum. Dominus mortificat & vivificat, vulnerat, & vulnera sanat; ut sciant homines, quos propter crimina plecit, non plectere propter penas, sed propter culpas; haudquaquam ut vulneribus mortificentur, sed ut convertantur: ut flagris doleant, & dolore penitent.

6 Rex ergo expectus est criminis penam, & Domini per tot miracula gratiam. Verum quid? Visis miraculis, & perpensis penis motes mutavit? Scelerum penitus? Non est reversus, sed contrariò fecit. Et patris prodigijs! Utique. Huiusmodi corda favoribus induratur. In cogitata semel, quasi sine libertate profertur. Scintillantur à seipsis in labita profertur, quæ ita occupant spheram pectoris; ut nec beneficijs convertantur, neque malis.

Sunt quidam generosa indolis, cuius animos penæ non frangunt, sed elatiores contusione reddunt: verum cum suavitate, & gratia, adoriuntur etiam impossibilia, convertunturque in regiam semitam legis, ductrice luce rationis, maxime considerantes penam sequi culpam, sed indulgam, vel fupensam. Secus alij, minime intelligentes vocem reititudinis, nisi interprete virga veritatis, duce dolore, & stimulis supplicij, quibus summè & clementer consulitur, dum nihil, leve licet, indulgetur. Unde S. Benedictus, ut Præles diversimode lucretur animas, sibi ratione dignitatis ereditas, Regul. S. cap. 2. illum ita instruit: Honeffiores quidem atque intelligibiles animos primâ, vel secundâ admotione verbis corripit: improbos autem, & duros corde, ac superbos, vel inobedientes verberum, vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat: sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Hac omnia, quia pro complexione neceffaria, in conversionem Ieroboam exhibita. Intulit Dominus in ariditate manus severitatem; & dum restituit usum, etiam favorem: ceterum non penituit, sed contrariò fecit. O diabolica in humana conditio! Impossibilis omninò conversio, ubi gratia indurat animum, & dura vexatio minime dat intellectum.

7 Sanè Ieroboam beneficia collata cognovit. Cur igitur non est reversus, sed contrariò fecit? Contraria facere, est cognoscere agere peperam, & nihilominus peperam agere. Quare contraria legi, atque salutem fecit; si esse contraria cognovit? Arbitratus est visa in miraculo promptu-

dine pietatis, tempore quo velle inventurum inuam cordis: & spatium penitentiae non invenit; quoniam dum habuit tempus, non quaesivit. Induruit animus:

Concessum venia rapuerunt crimina tempus. Arbitratus est, prodigia pro conversione faciendi, ut iam facta, quali posset proximum, quod non primum: & fessellit cogitationem vana fiducia, exponens ut communiâ, quæ miracula. Arbitratus est habens in idolis prævaricationis occasionem, posse consequi penitudine salutem: & causâ cecidit, cum lultè cogitavit: igitur peccatorum non fit remissio, dum retinetur peccatorum occasio. Peccata non est confessus: nihiloscilicet de illo benemerit Dominus. Cognovit clementiam, qua consequuntur crimina, & quæ cognovit, cogitavit maiora; formans ingratitude, ex eò quod experius est omninò misericordem: quandoquidem nulla maior, quam abuti pietate, ut iterum offendantur qui gratis indulget, & denud despiciatur, qui pepercit.

8 Propter idola averfus est, & non servavit pactam consuetudinem; imò non est reversus, quippe conversus in arcum pravum: quo ne sagitta aliò dirigenda, fallax reflectitur in torquentis præcordia, dirigentemque vulnerat, & vi quam dederat. Miracula occurrunt: sed quid miracula, si adorantur idola? Haud corda nanciscuntur conversiones, erèctis cupiditatum simulachris. Conversio incipit à voluntate: quandit idola fuerint in pectore; evanescet conversio, vel exhibitio ad conversionem miraculo. Passim oculis teritur huiusmodi lamentabile spectaculum, quoniam in altari cordis perseverat voluptatis idolum: Iacet miser cuius arida manus, & aridor spiritus in lectulo, seu eculco, ubi male torquetur; vel bene, ut penam cedat legi; aut dolore vehementi, penitendini. Si, Deus faxit, inquit, restitueret in valeudinem integram; arripere penitentiam, & conversionem morum proiectis à corde idolis illecebrarum. Miraculum erit, si in pedes erigit se. Tandem Deus vult: & vult, ut restitueret formam valeudinis, qui fuit vivum cadaver imago mortis. Revertitur? Nullo modo. Contrariò facit, & de malis in mala præceptis ruit. Proh dolor! Et cognoscens agritudinem corporis ortam ex agritudine mentis, valeudinem desperatam miraculo restitutam, semel & iterum labitur in noxam? Utique: necdum simulachra proiectis è pectore: & minime revocabitur in meliora, quantumvis fiant ad conversionem inuitata miracula.

Pessimè cogitatio non improbitas.

Eius non sit conversio, & exhibitio in conversionem miraculo.

9 Primò pena excitavit à somno sopi-
tam vetero voluptatis cognitionem, &
cognitio voluntatem deduxit in penitenti-
am: sed usu cupiditatis stimulus conscientia
abdixit, quoniam penam ex stimulis
non sensit. Revoca in memoriam, quod
protulit ubi supra Benedicimus: *Verberum &
corporis castigatio.* At ne verberatur fla-
gris, ut verbera non sint castigatio corporis?
Nullo modo: & tamen verberibus non
sunt castigata corpora; quippe dolo volu-
ptatis, vel consuetudinis mali, non sen-
tiant verbera. Ut castigati, sed non morti-
ficati, vulnerati quasi minimè percussi:
quandoquidem nec beneficijs curbantur, nec
tormentis respiciunt.

10 Electus Moyses in Ducem Israël,
strenuè se gessit, ipsis operationibus ex-
primens, Quis constituerit. Nonnumquam Præ-
sidium illustris rutilat operatio, dum pro
regimine eliguntur à Domino. Invenit cor-
am illo Moyses gratiam, & quia gratiam
invenit, sollicitavit & gloriam, voto potito,
singulari privilegio. Perpende igitur Ducis
ad Dominum preces, post tanti exhibitio-
nem favoris. *Si invenit gratiam (inquit) in
conspectu tuo Domine, obsecro, ut gradia-
ris nobiscum (populus enim dura cervicis
est) & auferas iniquitates.* Succumbit one-
ri, qui populam de captivitate eduxit, qui
tot mira & stupenda patravit, quem aucto-
ravit electio de caelo, & splendor ex electo-
ris consortio? Si indulgentia occasio micat
despectus, viginti tria millia hominum eius
devoravit gladius. Nanciscitur in Duce
populus severitatem, sæpè apud mansuetudi-
nem, hominem miraculosum, Dei & vir-
tutis amicum; cur igitur ipse fateretur iniqui-
tatem populi auferri non posse, nisi Deo du-
ce? *Dura*, subdit, *cervicis est.* Quæ cupie-
bant, modo displicent; quæ abominaban-
tur, modo placent. Nec miraculis flectun-
tur, in omnem aleam proiecti, nec verberibus
curvantur dura cervicis: & ubi non mo-
vent animum nec pena nec beneficium; Præ-
ses est de celestis, inanis; dux fumus si-
ne auctoritate ducis; quod miraculum, la-
dibrium; quod magis commendabile, villi-
pendium: unde incumbit Deo, ad quod
non sufficit vel insignis homo; quoniam ut
perversa & improbi convertantur lege ad
cor, opus est tota potestate, & auctoritate
Dei. Hispan. vivaciùs: *No basta el hombre
mas insignie para tan dura cerviz: es me-
nester todo un Dios.*

11 Diligenter observa difficultatem
conversionis, in corde diabolicæ confortis
renacitatis. Pro filio malè à Dæmonio, ve-

xatò quidam accessit rogatam Dominum.
Non potest non esse pater: quærit filium, etsi
dæmoni traditum. Agnovit in operationibus
agere haud potuisse hominem, sed dumtaxat
in hominem dæmonem. Patiebatur sub
inimici potestate mancipatus filius, crucia-
batur, discruciabatur. Eadem ferè pectora
sceleribus patiuntur, & delectat dæmonis
consortium, & per dæmonem tormentum:
igitur rationem & sensum falsis voluptari-
bus gravant, & esse sub sentibus delicias
computant. Spina est omne peccatum, quia
dum trahit ad delectationem, quasi pungendo
lacerat mentem. In his que flere de-
bent, maxime gaudent. Tantò se iniqui
inani læticia extollant, quanto magis ad
peiora convalescunt: & esse sub sentibus
delicias deputant; quia inde perverfam men-
tem ad gaudium illusi sublevant, unde spin-
na peccatorum miserissime portant. Sanè
hi errant corde, malis ipsis insatiati: siqui-
dem sibi videntur videre rosas, ubi vel in-
sensati sentiunt spinas.

12 Audivit Dominus gemitus patris
pro filio, ut miser liberaretur à diabolo; &
obtulit pater ægrem discipulis, ut donaret
sanitate: Renuit diabolus. Nec mirum: ple-
rumque superbis grave, videre Superiorem
inferiorem conditione. Oblulit discipulis,
sed diabolus eluit conatum, quippe minimè
potuerunt curare eum. Tunc Dominus ait:
*O generatio incredula & perversa! Quomodo
ero vobiscum? Usquequò patiar vos?*
Averte huc illum ad me. Cur igitur propo-
sitò huius libertati consulit Dominus, ubi
facere quibat per ministros, vel quare disci-
puli non potuerunt expellere dæmonem,
dum super dæmones iam Dominus contulerat
potestatem? Innuit pater: *Miserere,
dixit, filio meo, nam saepe cadit in ignem
& crebro in aquam.* Aqua symbolum est
dulcedinis Superioris: ignis verò austerita-
tis: igitur ignis urit, aqua lambit, ille gra-
vat, illa refrigerat, & purificat utrumque
usum, vel lotum. Discipuli homines erant:
Iesus Deus-homo: & incumbit solus toto
conatu huius hominis salutis: quoniam solus
Deus potest eripere de potestate Satanæ,
quem hominem non movet severitas maie-
statis, nec benevolentia amoris.

13 Nota indignationem Domini. *O gene-
ratio perversa!* Perversa, & nunquam re-
versa. Merito, ubi ita se gerebat diabolicus
homo: siquidem ubi amore, vel timore
alius respiciens surgit, ille cadit. *O genera-
tio perversa!* quandoquidem nec convinci-
tur iustitia, nec allicitur gratia. Perversa uti-
que, dum mavult suffocari, quam converti.

Iob. 50.

7.

Et alio
laxan-
tur à vobis
insipite.

Matthæ
17. 17.

Verf. 17.

Nec mox
ventur
severitas
re maie-
statis, nec
benevo-
lentia
amoris

Per-

Nec in-
stia, nec
elemen-
tia.

Dei pa-
tientiam
irritant.

Senec.

Cervus
viget ve-
neno.
Tertul.

Prov.
23. 7.

Impios
veneno vi-
vant.

Quasi
Dei tota
illis au-
thoritas
necessa-
ria.

Perversa, cum prius eligat ignem, quam
revocare intentionem. *O generatio perver-
sa! Usquequò patiar vos? Quid Domi-
ne mihi Quomodo ero vobiscum? Delicet tu-
noane cum filijs hominum? Ab hominibus
abhorret, quorum conditio non flectitur
conteritur acerbo supplicij, nec mulcedine
elementia. Usquequò patiar vos? Rationa-
lium indoles & ingenium pervertuntur, sed
convertuntur. Aiquando reversionem pro-
trahunt; carcerem in miserijs non subsistunt;
quippe potius esset conditio dæmonis, quam
mutabilis hominis vel remissione penæ, vel
cruciaminis dolore: & Usquequò patiar, di-
cit, quasi sustinere exorbitantiam non pos-
set: siquidem ad tolerandam infolentia tot
iniqua, non est patientia. Sape cadit, & huius-
modi surgit: in peiora corrumpit. Non surgit,
ut iterum cadat: sed saepe cadit, quia mu-
tatur in igne & aqua materia, sed non ma-
teria. Extrahitur ab igne, quo adurit; &
ibi inceret, nisi violentè extraheretur. Quis
sustinere posset hominem animo quieto,
cum minimè sapiat, vel periculo proprio?*

14 Cautam indicat Seneca *Epist. 59.*
Non enim inquinati fumus, sed infecti.
Non est extrinsecus malum nostrum. In
viceribus sedet, intra nos lætet. Assueti ve-
nenis, vivimus periculis: & dum deficiunt
noxia, deficiunt vita. *Cervus ætatis suæ arbi-
ter* (inquit Tertullianus de *Pallio* cap. 3.) *ser-
pente passus; veneno languescit in iuven-
tute.* Fugiant homines serpentes, quia fu-
giant mortem; & impij adinstar cervorum
ex venenis hauriant vitalitatem. *O generatio
perversa!* Sallineri bile quietà, & Roma-
cho possunt, quibus toxica placent, & me-
dicamina nocent? *Verte impios & non
erunt.* Idem, deficient. Non malignitate,
sed natura: sunt illis proficua toxica. Ver-
tuntur, cum revocantur frugi, ab insolita
impietate: non sunt, quando cedunt mor-
ti: vivunt veneno læti, quo alij languescunt
& miserè: at si verteris, non erunt; quia
cum venenis alantur, sine venenis moriun-
tur. O pessima generatio, ubi similitudo
hominis, & non homo! Cecinimus vobis,
& non saltatis: lamentabimur, & non plan-
xistis. Quid faciendum in huiusmodi perple-
xitate? *Averte huc illum ad me:* ut ab hoc
itaque expellatur iniquitas, tota divinitatis
est necessaria potestas.

15 Perpende *Huc.* Ille audacendus, ubi
Christus erat. O mentem perverfam! vel di-
gnandus renebat accipere medicinam. Ideo dicitur; *Averte illum;* quippe est ad
salutem accitus, minime veniet, nisi funi-
bus tractus. Verùm cur Christus non pro-

cedit, ubi est ægrotus; sed hic portandus, ubi
stabat medicus? *Nemo sanatus offenditur*
(ait Ambrósus lib. 4. in cap. 4. Luc.) *nisi
qui religiosi officio stultus sanatus.* Hu-
iustmodi homines à cupiditatibus possessi,
vellet converti sine conversione: & ubi vo-
luntas non mutatur, nemo convertitur.
Vellent Deum facere miracula ut revoca-
rentur à culpa; à delicijs removeri, sed in
delicijs itare; nihil facere, sed totum à Deo
fieri: & iubet Christus ad se deportari labo-
rantem, ut ipse coöperetur in salutem. Ipse
Dominus est medicina. Qui petit, accipit;
qui querit, invenit; atque pulsanti aperitur
verum illi minime patet, qui se lute infir-
mam non conficitur. Veniat, qui indiget
fatis gratiæ, si adipiscitur, quod petit: &
invenit portam perviam, quam iure cogi-
taret eriminibus clausam. Studeat ergo di-
ligentè, qui quis studet otiosè sanitatis;
quippe sine indigentis diligentia non datur
gratia: unde huiusmodi operi prodigium;
nil aliud constat, quam tentare Deum.

16 Cum Servator N. in desertum re-
cessisset, ut ictuaret, & viam oculis illa-
tentis inviam ostenderet; *Accedens tentator
dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti
panes fiant.* Potens est Deus: cur igitur
huiusmodi propositio, dicitur aptissimè
tentatio? Rectè quidem, si connotat homi-
num pertinacem voluntatem: igitur re-
pugnat ex terminis, quod sint homines, &
lapides. Tentatio est, dum expectatur even-
tus omnino contrarius causæ, vel effectus
formæ cum positivo obice. Obex ad con-
versionem est permanentia in eriminibus, &
adhærio pertinax cordis patris iniquitati-
bus: non erit conversio, sed tentatio, se-
se in carcerem includere, quia Deus inclu-
sum potest liberare: & se avertere à pacto,
quia converti quit à Deo. Huiusmodi do-
gmationes ingeruntur à diabolo, homini
sponte sub peccato vendito: igitur velle
converti, quin vincula frangantur pecca-
ti, solummodo potest excogitari à dæ-
mone.

Dic ut lapides isti. Quid si lapides? *Lap-
pides* sunt sine sensu, consequenter sine mo-
tu. Si in lapides convertuntur mortales, im-
possibiles erunt conversiones: igitur haud
facile converti, absque ulla actione vitali.
Dic ut lapides convertantur, quandoquid-
dem ita virgæ erumpunt è rupe lachrymæ.
Minimè mutabuntur, si non mutantur. *Dic
ut fiant.* Quid ergo si nihil faciunt? Fient,
modo fecerint. Ita fiet conversio: aliter
diabolica omnino tentatio: quippe plena,
dum à Deo intendunt fieri omnia, quin ad

Am-
bros.

Ab illa
sine dii-
gentia de-
sideratur
volutatis
maie-
statis

Matthæ
4. 3.

Et con-
versio si-
ne con-
versione

Flori alij
tentant,
cum nil
faciant.

conversionem interveniat nulla illorum diligentia.

17. Intellegitur modò, quod Dominus protulit ad populum. Lavamini (inquit) mundi flos. Numquid in illorum voluntate est lavi à crimine? Gratiam dabit Dominus: ideo David clamat, Lava me ab iniquitate mea: quippe animæ lavacrum à gratia. Quo ergo pacto ipsi criminosis lavabuntur? Si diligentiam adhibent, ut laventur. Non lavabit Deus? Quamvis possit, non lavabit. Dabit gratiam, si lavandi sollicitant mundiciam, Mandavit conscientiam ab operibus mortuis, si homo satagit de puritate peccatoris. Medicina patet prompta, ergo faciatis accedat. Lux adhuc in tenebris lucet. Accedite igitur & illuminamini. Lavacrum pervenit, ubi culpam naufragiam. Ipse lavabit, & dicit, Lavamini; quippequam minimè mandabit peccatorem, ni disponatur in formam purificantem.

18. Lavit Ateror N. oculos cæci nati collyrio luti: sed noluit medicinam prodelle dolenti, quousque accederet fonti. Vade (iussit) & laba in natatoria Siloè. Ni procederet, non vidisset. Nonne efficax medicina, quæ ex ore Altissimi providit, ut oculos cæci quamprimum illuminaret? Utique verum si ut oculos linivit, lumen in illis accenderet; cæcus sanè nihil faceret: & remittit, ut lavetur, quem lavavit, ad aquam; ut cooperaretur dignandus in medicinam: igitur negligenti quod in se est, numquam exoritur lux; quoniam parcens diligentia, non surgit à cæcitate.

Considera diligentiam, & promptitudinem medicinae, atque præstantiam. Cæcus iubetur in fontem procedere. Processit, & vidit. Illuminatur à Domino, qui cæce obedit. Abijt ergo, & lavit, & venit videns. Statim? Sine mora. Retinetur cæcitas, quamdiu protrahit diligentiam cæca voluntas. Pater amoris divini pectus, ut pulnaverit animus. Cor contritum non despiciat, imò libentissimè suscipiat, inventa confestim venià, si sollicita medicina: siquidem Dominus illuminat cæcos, simulac student aperire oculos. Iacent peccatores cæci; & ideo iacent, quia volunt fieri, sed nihil facere: igitur sine diligentia, non conceditur gratia. Abijt, & lavit, & venit videns. Loticum oculorum lachrymæ: manant lachrymæ à dolore: & tunc fit illuminatio, & cordis conversio, dum accedit penitendo.

19. Miraculum conversionis aquæ in vinum pater obvium. Implete hydrias aqua, ministris dicitur: & aqua in vinum convertitur. Ad quid ergo huiusmodi diligentia

ministrorum, dum sine illis poterat fieri miraculum? Patranda erat conversio, non è nihilo productio: & monentur, quòd hydrias aquis implerent, ut aliquomodo in conversionem concurrerent. Implete hydrias, & aqua; ut in vinum convertantur quæque fuerint in hydria. Hydria lapidea significat corda, & corpora nostra, quibus continetur anima, vel ardens vino gratia, vel gelida à frigiditate culpæ. Hydria lapidea. In lapidibus sunt miracula? In lapidibus signantibus humana corda! In lapidibus. Condito aquæ est frigiditas ingentia; & inter homines cordium exhibetur conversio, si reprimitor natura. Quæ urgent in conditione proclivitate, impediunt sapientius conversionem: verum si inclinationes vincuntur, & appetitus sensitivi proculcantur; fiet animarum conversio, quamvis in corde lapideo.

20. Ergo proposito. Implete hydrias aqua. In aqua & exponitur frigiditas cordium, & abundantia uberum lachrymarum. Hic est modus conversionis. Implemente oculi, peccati ministri, hydrias peccatoris penitudinis lachrymis, pudoris, meroris, atque doloris signis; & Deus faciet conversionem animæ à frigiditate culpæ ad ignem rutilæ gratiæ, quantumvis peccatores, causa criminis, habeant corda, tanquam lapides. Lachrymæ fugiunt impiorum oculos, quippe corda in penitentia non liquefiunt. Salvani sane vellent sine labore, & coronam nancisci sine certamine. Immittit Dominus plagas, ut compangantur; & ridet. Beneficia, & in illum tanquam tela retorquent. Minime prudens est etiam in pena, cor infatuatum in culpa: imò peccator tanto securior, quanto peior. Ad rem Mariana in Eccl. 1. v. 15. accinit: Corrige? Nil facias, prævi in contraria tendant.

Omnia sunt stultis, omnia plena dolis. Si refrices mores satyra mordacis aceto, Nulla viget ratio, cuncta libido gerit. Ex improbis sunt reprobi criminum usu, accipientes animam rationales in vano: igitur imitantes sycomorum, irrigatione deteriores sunt.



Quomodo dederit conversio est in corde omnino sanctorum

Lachrymis invollescent, in conversione corda.

Maria.

Similes sycomorum prævi.

DIDASCALIA VII.

Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

1. Decantavit Pub. Syrus v. 226. Plerumque devoratur, & conquitur iniuria à necessitate, vel à prudentia; quoniam ampliora surgunt incommoda ex meditata, & sapies obvia vindicta. Princeps verò dum concipit dolorem, plerumque parturit iniquitatem: igitur ruppis repagulis iuris, tantum ius, quod lex furoris. Quid enim indignius (declamat Seneca lib. 1. de Ira cap. 16.) quam florere quosdam, & eos indulgenti fortuna abuti, quibus nulla potest satis mala inveniri fortuna? Minime nati sunt in iuvamen hominum, sed in exitium. Quid Caligula unicam, ut detruncaret, in Imperio Rom. cervicem desiderans? Quid Vitellius (abhorrentibus cunctis à cadaverum tabe) detestabili voce: Optime olere occisum hostem, & melius civem. Quid Annibal exclamans cum vidisset lacum humano sanguine plenum: O formosum spectaculum! Quid denique Volesius, inter plura cadavera superbe incedens, & sibi gratulans, dicens: O rem egregiam! Vide Suetonium in Caligul. cap. 30. & in Vitell. cap. 10. Sencamque lib. 2. de Ira cap. 5. In alijs iniuria in ultionem rationem urget, in Principibus rapit. Urget & arcetur; quippe potestas à voluntate se iungitur: in Principibus rapit, quia posse, velle; & volunt iracundi totum posse: igitur cum ira habet potestatem conivtem, excutitur è pectore fulmen, quod prius strage, quam strepitu cognoscitur, ubi proterita mente in obvia quæque vibratur. Audi Claudianum pro 4. Consul. Honorij v. 241. Iram sanguinei regio sub pectore cordis Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi, Præcipitemque sui. Rabie succensa tumescit.

Senec.

Sanguinarij cura delitas spectaculum incundius.

Claudian.

Gencl. 9. 33.

Experiri conantur quod prævenerit potestati.

Vindictam præstare sibi: cum viscera felle Canduerint, ardet stimulis, fertur que nocendi Prodigus, ignarus causa.

3. De Elia, ut vidimus, dicitur Zelo zelatus: de Saule verò, Iratus iracundia. Uterque iratus, sed alter zelo, & alter ira. Elia ira militæ, non duce. Saul ira duce, non milite. Ille iratus propter culpam; hic iratus propter innocentiam. Ille ad penam noxæ, hic ad cruciamentum penæ, ignarus cause. Ille in crimen: hic in hominem. Ille zelo, quoniam ducebat in vindictam ratio: hic autem iracundia tantummodò, quoniam in meditata supplicia, præter Regis iracundiam, nulla erat causa. Alluabat stimulis furoris cordis malignitas, cui accessit malefua potestas: & ebrius malefate, procul crimine, ultionem cogitabat, quia volebat. Perpendere causam ad implicabilem potestatis iracundiam. Quare (David moritur? Quid fecit? dixit Iona has irato patri: & arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum. Quare morietur? A Rege & irato non inquiruntur Quare. Quid fecit? Qui fertur ira nocendi prodigus, causa fertur ignarus. Profrenda mortis lex, quia causa non datur quid. Illuminat filius rationem furore cæcam, & pater arripit lanceam. Nec fuis parit, qui sibi nocet. Nullam invenit ultioni materiam, & arripuit lanceam. Ultima ratio regum, dum non est ratio. Ut procedat in vindictam percussum pectus, causa potissima ultionis, Rex iratus. Cognovit iustum David. Quare damnat, si cognovit? Quia cognovit. Cognito valet, dum Rex irascitur causa: minimè verò, si irascitur iracundia.

4. In morte inculpabilis Ioannis reluctet specimen huiusmodi detestabilis furoris. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum. Metuebat, non amabat, quasi virtutes formarent terribilem, quem fecerat commendabilem. Nulla maior peccatori pena, quam iusti vita. Postquam vinxit, & reduxit in carcerem penes vinculozum mancipatum; scivit iustum. Lucet vulnerata virtus, igitur dum exerceatur, non frangitur. Ad instar viris vulnerare floret, ad instar silicis icibus splendet. Auditio eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. An veneratio, obedientia, vel fœvitia? Nullum aliud iam certius atrocis exitus signum, quam principij lenitas: alituit Suetonius de fœvitia Domitiani, cap. 11. Unde Plinius in Panegyrr. ad Traian. inquit: Quid enim tam infidum mare, quam blanditie Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius esset iratus, quam

Clau. dian.

3. Reg. 19. 10. 1. Reg. 12. 1.

In illis iraproposita.

1. Reg. 20. 32. 33.

Ira ultima ratio regum, dum non est ratio.

Marc. 20.

Virtus præfœvitia eius agnoscitur.

Suetonij

Ira summa sub furoris larva. Plin.